



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Perivrii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

suadet qualitas personatum Anton. Augult. in Epitom. verb. obligat. versic. excipiens.

P R A X I S P E R I U R I I.

R E S O L V T. C C L I V.

- 1 Periurium principalis in extrajudicialibus punitur si de tertij præiudicio agitur.
- 2 Periurium commissum in iuramento litis decisivo oblato à parte parti, non punitur.
- 3 Si constat de periurio prædicto litis decisivo, potest puniri periurus, & sententia rueret.
- 4 Post iuramentum litis decisivum nihil aliud queritur.
- 5 Non punitur periurium in iuramento calumnia, nisi constet de calumnia per confessiones iurantis, vel rei evidentiā.
- 5 Periurans in respondendo positionibus, non punitur, nisi constet de periurio, ut supra.

Periurium principalis an in extra iudicialibus puniatur, si de tertij præiudicio agitur.

- 1 R Espondetur affirmatiue, quod tamen limitatur multis modis.
- 2 Primo in periurio commissio in iuramento litis decisivo à parte parti oblato, nam nullatenus punitur, sed solum Deum habet ultorem, imputare enim pars sibi debet, postquam aduersarium fecit iudicem, l. i. ff. quarum rerum actio non datur, & iste est casus. Boer. in d. decis. 305. Phanucc. de in lit. iur. 5. membr. num. 2. quamvis de Boer. non meminerit. Clarus ex communi in eodem §. periurium in fine. Suarez in Thefauro recept. sent. litera P. num. 98. post Cagnol. in d. l. si quis maior. num. 126. C. de transact. Riminal. & ibi additio in litera D. conf. 556. n. 10. lib. 3.
- 3 Si verò de periurio tali per partis confessionem constaret, non solum sententia super eo fundata rueret, ac annullaretur, sed extra ordinem etiam iam periurans puniretur, ut ibi per Boerium in fine, & in qu. 306. Aymon. confil. 73. num. 37. iunctis per eum dictis supra num. 6. versic. postremo ubi etiam ampliatur si de periurio constaret ex actis. Marant. in Specul. versicul. defertur aliquando iuramentum in 6. actu num. 23. ex mente Afflicti, ubi per eum quod nota, nam regulariter dici solet, quod aduersus tale iuramentum, nihil aliud queritur, l. non erit §. dato ff. de iureiur. Cephal. conf. 65. num. 66. nec quod admittitur probatio, neque aliud propter quod retractari possit. Senatus Pedemontan. decis. 60. Actor. iuramentum num. 2. Vide tamen Villalob. in lib. commun. opin. versicul. iuramentum numero 153. ubi ex Couarr. mente hoc esse iudici arbitrium asseuerat, & Burfatt. confil. 123. num. 6. & limitationes per Enchir. conclus. verbo iuramentum, ibi præstito iuramento, licet contrarium sit verum quo ad iuramentum in litem, ut per Roland. à Vall. confil. 87. lib. 4. in quo admittitur quis ad probandum contrarium eius, quod fuit iuratum, ut ibi, & dixi supra num. 6. ubi habes 20. limitationes ad l. non erit §. dato ff. de iureiur. ut non procedat quando contrarium constaret per partis confessionem, vel ex actis, aut alias ut supra.
- 4 Fallit 2. in periurio ex iuramento calumniae incurse. Couarr. in 1. parte relect. cap. quamvis §. 7. num. 7. de pact. in sexto, ubi sublimitatur, nisi per ipsummet iurantem confessionem, aut per eundem probationem de calumnia constaret, qua de re vide Phanucc. in fine dicti eius tractatus de in lit. iur. num. 3. ubi distinguere conatur, & pro Couarr. facit, quæ dixi de periurio circa iuramentum in litem detecto; Fal-

lit tertio principalis conclusio in Periurante in respondendo positionibus, & articulis. Menoch. de arbitr. iudic. cal. 319. num. 16. quod similiter sub limita, nisi de eiusmodi periurio euidenter ut supra constaret, ut ibi per eum; subdens etiam quid iuris sit, quando de credulitate responsum fuit, post Felyn. in cap. i. num. 21. de lit. conte. Aym. conf. 203. num. 8. & pro istis sublimitationibus, quando scilicet de Periurijs præfatis per confessionem constare ultra Boer. dict. quæst. 405. in fine, & Guid. Papæ dict. confil. 29. in calce.

Contrarium tamen circa istam tertiam limitationem, quod scilicet periurus respondendo positionibus, & articulis extra ordinem puniatur, tenet Carauita in tit. 79. num. 7. & 8. & vide Riminal. conf. 591. & seq. lib. 3. ubi ampliatur procedere etiam si respondeat verbo credit, vel non credit.

R E S O L V T. C C L V.

- 1 Periurus est, qui promisit soluere in termino, & non soluit.
- 2 Stante pœna ab homine statuta, cessat pœna legis.
- 3 Impeditus soluere in termino, non est periurus, maxime si præcepto superioris impeditur.
- 4 Impeditus soluere ex mandato, siue prouisione legis non incurrit periurium.
- 5 Creditori excommunicato debitor non tenetur soluere.

An sit periurus, qui iurauit soluere in termino, & non soluit.

- 1 P Eriurus est, qui soluere promittit in quodam termino, & non soluit, ut ex Federico de Senis in confil. 300. Ioann. de Imol. & Panormit. in cap. i. de iureiuran. voluit Matth. de Afflicti. in decis. Neapolit. 30. num. 5. in decis. 36. n. 2. Cappell. Thol. in decis. 402. incip. Item fuit quæsitum an sit periurus, notant Doctores in l. si quis maior C. de transact.
- 2 Primo intellige, quod si est facta promissio soluendi in tempore, & quod deficiens cadat à tali iure, tunc cessabit pœna legis, stante pœna ab homine statuta, post Augustin. Beroum in confil. 57. num. 5. vol. 3. voluit Hieronym. Magon. in decis. Florent. 96. num. 5. & 6.
- 3 Secundo intellige excusari debitorem à periurio, si non soluerit in termino, impeditus ex præcepto, & mandato iudicis, siue superioris, quod non solueret, argum. l. non videntur data, §. quod iussu, ff. de regul. iur. Iason. l. fin. ff. qui satisdar. cogant, & voluit Thomas Parpalia in l. si quis maior. num. 33. vers. sexto facit, C. de transact. Anton. Gamma in decis. Lusitan. 285. num. 2. Ratione communi, quia in iuramento superioris excepta authoritas intelligitur cap. quemadmodum, ubi Panormit. de iureiuran. Anton. Fab. in Codic. Fabrian. lib. 4. tit. 19. definitio. 2. num. 9. volum. 1.
- 4 Amplia etiam si mandatum, & præceptum iudicis fuerit iniustum, ut arg. notatorum per Bartolum in l. creditor, ff. de solut. voluit idem Parpal. in dict. l. si quis maior. num. 34. quos sequitur Gamma in d. decis. 285. num. 2.
- 5 Limitatur tamen, & subintelligitur non procedere si inhibito, siue præceptum factum fuisset à iudice temporali, quia hoc non obstante debitor non soluens periurus efficeretur, argum. cap. significauit, ubi Doct. de censibus, & voluit Cappella Tholof. decis. 402. incip. idem fuit quæsitum, an sit periurus.
- 6 Quod dictum procedit, quando iudex temporalis id sine causa fecisset, secus autem, si causa iusta, ut ibidem post Bartol. in l. fin. ff. qui satisdar. cog. voluit Anser. ad d. Cappell. Tholof. in d. decis. 402.

Tertio

Tertio intelligendum est idem procedere, si debitor in tempore non solueret mandato, & prouisione legis, quia non incurreret periurium, ut exempli causa est in creditore, qui postquam fuerat iuratum a debitore, fuit excommunicatus, cui antequam absolueretur, debitor soluere non tenetur cap. veritatis de dol. & contum. Panor. in cap. quemadmodum de iureiurand. & post Angelum de Claus. in summa §. iuramentum §. num. 27. & §. excommunicatio 8. num. 12. voluit Steph. Aufser. in dicta Cappell. Tholosan. in decis. 402.

RESOLVT. CCLVI.

- 1 Qui iurauit non reuocare testamentum, nihilominus validè illud reuocat.
- 2 Periurus est, qui post iuramentum de non reuocando testamentum illud reuocat.
- 3 Pro periurio potest quis puniri, quando commisit dolum in aduersarium.
- 4 Periurium committens, solum Deum habet ultorem.
- 5 Index temporalis potest punire periurum.
- 6 Periurium est mixti fori.

An qui iurauit non reuocare testamentum, postea reuocando sit periurus.

Qui iurauit non reuocare testamentum, licet eo casu habeat iuramentum vim clausulæ derogatoria, tamen non impeditur illud reuocare, Oldrad. in conf. 127. & in conf. 100. Panorm. in confil. 48. n. 4. vol. 2. Iafon. in conf. 122. num. 3. vol. 4. Cardinal. Parisius in conf. 24. num. 66. vol. 2. & in conf. 69. num. 111. vol. 3. Marian. Socin. Nepos in conf. 44. num. 25. vol. 1. Nicol. Boer. in decis. Burdeg. 204. num. 19. 20. licet autem mutare possit testamentum cum ambulatoria sit testatoris voluntas usque ad ultimum vitæ exitum, erit tamen periurus Ioan. Andr. in C. quod semel de regul. iur. in 6. & Nicol. Boer. in d. decis. 204. num. 17. Valet enim actus licet sit periurus, ut dicit Francisc. Viu. in decis. 120. num. 8. & 9. Marcell. Cardinal. Crescent. in decis. 3. tit. de iure iurand. de quibus Guid. Pap. in decis. Grationop. 127. in decis. 128. & utrobique addentes Ioan. Dilect. Durant de arte testand. tit. 10. cautel. 2. num. 7.

Contrarium tamen, quod citra periurium possit fieri reuocatio post Didac. Couarr. de testam. part. 2. num. 15. Anton. Gamma in decis. Lusitania 258. n. 3. & sibi contrarius Ioan. Dilect. Durant de arte testand. tit. 10. cautel. 1. n. 5. Hæc opinio sustentabilis est, sed prima tutior.

- 3 Pro periurio potest ex officio quis inquiri, quando deicrando commisit dolum in aduersarium argum. glos. in l. de periurio, ff. de crimine stellionat. voluit Cappell. Tholosan. in decis. 17. item fuit quaesitum si aliquis.
- 4 Periurium committens solum DEVM habet ultorem, l. 2. C. de reb. credit. Agid. Bos. in tit. de periurio in princ. Iul. Clar. in §. periurium num. 12. de quo plenè Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. lib. 2. centur. 4. casu 319. num. 13. & per totum. Guid. Pap. in decis. Grationop. 178. sub num. 8. Cyn. in l. si quis maior n. 2. vbi Cagnol. num. 27. Bartol. Bertazzol. in conf. crim. 201. num. 3. 4. vol. 1. Nicolaus Boer. in decis. Burdeg. 305. per totam. Iacob. Concenn. quæst. iuris l. 1. c. 2. num. 8. Iacob. Cuiac. obseruat. lib. 2. cap. 19. Francisc. Duarenus disputat. annuerc. lib. 2. cap. 37. Petrus Foller. in pract. censuali, verb. Nicolaus Episcopus, n. 75. cum pluribus sequi. Paul. Granut. Theor. 3. n. num. 20. Decian. in tract. crimin. li. 6. c. 13. n. 2. vbi amplè vol. 2. Matth. de Afflict. in constitutionibus Regni. Ruber. de periurijs ante vers. eos qui scienter.

Quamuis supranotati Doctores admodum laborarent super intellectu dictæ l. 2. Crebris creditis, tamen dubium non est imminere poenas etiam temporales coram iudicibus etiam temporalibus, coram quibus de periurio agi potest, etiam per viam iurisdictionis primitiua, ut de poena fustigationis annotatur in l. si duo patroni §. fin. ff. de iure iur. & in l. si quis maior C. de transact. est enim delictum mixti fori, in quo quoad poenam peccati punit Ecclesiasticus iudex, & quoad poenam legis civilis, vel statuti punire potest laicus iudex, Ludouic. Roman. in conf. 512. num. 11. Guido Papæ in decis. Grationop. 178. in princip. Petr. Foler. in pract. censuali. in verb. Nicolaus Episcopus num. 83. cum pluribus sequi. Petrus Belluga in Specul. Principum rubr. 12. quædam sub num. 3. vers. si verò agatur de iuramento, vbi allegat Anton. de Butr. in cap. cum sit generale de foro competent. dicentem iudicem temporalem posse punire periurium etiam poena a canone vel synodali constitutione indicta, (quod ego intelligerem de poena temporali mera, a canone imposita,) & ad primam supradictam conclusionem posse punire iudicem temporalem plenè docet Nicol. Boer. in decis. Burd. 305. per totam. Augustin. Berous in confil. 8. num. 23. & in conf. 207. sub num. 6. vol. 3. Diuise enim sunt poenæ spirituales a temporalibus iuxta illud Ciceronis de legib. lib. 2. dum ait periurij poena diuina exitium, humana dedecus, quo dicto vitur Claudius Canticula in conf. 25. num. 11. Tiberius Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 12. num. 9. vol. 2.

RESOLVT. CCLVII.

- 1 Periurus de iure Canonico incurrit infamiam.
- 2 Periurus nequit esse testis.
- 3 Periurus nequit esse testis, etiam si fuerit emendatus per poenitentiam.
- 4 Periurus in vno articulo, repellitur in omnibus.
- 5 Periurus in vna causa, nec probat in alia.
- 6 Nec per torturam purgatur periurium.

An per periurium contrahatur infamia.

- 1 Infamiam incurrit periurus de iure canonico, cap. querelam de iureiurand. c. infamias, cap. quicunque 6. qu. 1. glos. in cap. quanto in fin. de iureiur. Lucas de Penna, in dicta l. quoties, C. de dignitatibus lib. 12. De iure verò civili non semper, sed in aliquibus casibus, de quibus Accursius, Bartolus, Lucas de Penna, & Ioan. de Platea in dicta l. quoties. Matth. in consil. Regni blasphemantes n. 4. Francisc. Marc. in dec. Delphin. 707. n. 12. vol. 1.
- 2 Qua stante infamia, periurus testis esse nequit, cap. si quis coniunctus 22. q. 4. Tyndarus in tract. de testibus par. 1. c. 12. & num. 4. 12. Steph. in tract. de testibus n. 81. Nepos de Monte Albano in tract. except. artic. 19. & n. 10. Cornel. in conf. 324. n. 5. vol. 3. & in conf. 152. vol. 3. Carol. Ruin. in conf. 158. num. 4. vol. 5. Raphael Fulgos. in conf. 107. in conf. 173. Decian. in conf. 189. num. 8. Iafon. in d. leg. si duo patroni §. fin. num. 2. de iureiur. Crauert. in conf. 6. num. 14. Ioan. Cephal. in conf. 233. num. 4. vol. 2. Barth. Bertaz. in conf. 451. n. 3. vol. 2. Octavian. Cacher. in decis. Pedemont. 79. num. 7.
- 3 Amplia primo etiam si fuerit emendatus per poenitentiam glos. in c. fin. in verbo periurio de iureiur. in 6. Felyn. c. tertio num. 17. vers. 3. conclusio de testibus. Francisc. Marc. in decis. Delp. 708. sub n. 4. vol. 1.
- 4 Amplia secundo, quod quamuis aliquis sit periurus in vno ex capitulis, siue articulis nihilominus repellitur in omnibus. Alexand. in conf. 41. num. 7. vol. 2. in conf. 183. n. 3. vol. 7. Marian. Senior in conf. 156. num. 9.

n.9. vol.1. Bart. Socin. in conf. 255. num.9. vol.2. Philipp. Prob. ad Ioan. Monac. in cap. accusatur num.1. de heretic.

- 5 Amplia tertiò, quod etiam si sit periurus in vna causa, quod nec in altera probat, esto quod dicat in alijs veritatem in eodem iudicio cap. ex parte vbi Panorm. de test. Alex. in conf. 93. col.3. vol.5. Jacob. Philipp. Portius in conf. 204. n.10. Pet. Ant. Ang. in conf. 3. num.4. lib.1.
- 6 Amplia quarto, nec per torturam purgari periurum, vt fidem facere possit, quia iuramentum est indiuiduum vt inquit Franc. Bec. in conf. 45. n.10. vol.1. Francisc. Barfæ in conf. 79. num. vndecimo vol.1. Ioan. Cephal. conf. 234. n.34. vol.2. Ioan. Botta in conf. 2. n.63. vol.1. Hyppolitus Riminal. in consil. 113. num. 34. volum.1. Menoch. de Arbitr. iudi. quæst. lib.2. Centur. 2. casu 128. & numer. 16. Crauet. in conf. 6. num. 16. & multos allegans Tiber. Decian. in tract. crimin. lib.6. c.13. sub n.15. in fine vol.2. sed vide infra hoc eod. lit. num. 61.

RESOLVT. CCLVIII.

- 1 Exceptio periurij opposita, impedit processum ad vltiora.
- 2 Proposita exceptione periurij, si iudex processerit ad vltiora erit appellandum.
- 3 Opposita exceptiones, si iudex procedit ad vltiora videtur reieciße exceptionem.

Proposita exceptione periurij, vt iudex procedendo ad vltiora non censetur illam reiecere, an sit necessaria oppositis appellatio.

- 1 **E**Xceptio periurij opposita impedit processum ad vltiora, & opposita operatur, quod periurus non audiat, quia est litis finitæ, & ad vltiora procedi non potest, quia est processus annullatiua, repellitque ab agendo, arg. l. si quis maior vbi Doctores Cod. de transact. Specul. in tit. de actore ver. item quia est periurus, Ioann. And. in capitul. delatores de iureiuran. Federic. de Senis in consil. 301. Alexand. in consil. 17. vol.2. Marian. Senior in consil. 30. numer. 21. vol.1. Corne. in consil. 6. vol.1. Bartol. Socin. in consil. 59. numer. 14. vol.3. Cardin. Paris. in consil. 26. numer. 5. volum.3. in consil. 5. num. 160. volum.4. Bald. in consil. 118. colum.2. volum.4. Franc. Aretin. in conf. 71. colum.1. Aym. Crauet. in consil. 6. num. 14. & in consil. 191. numer. 7. antea in consil. 149. numero 13. & in consilio pro genere num. 6. Iason in l. ait prætor la seconda num. 12. ff. de iureiur. Francisc. Marc. in decif. Delphin. 708. num. 5. volum.1. Hyppolit. de Marfil. in consil. 107. num. 9. volum.2. Roland. à Valle in consil. 26. num. 28. volum.3. Octauian. Cacheran. in decifio Pedemontan. 142. num. 13. Marian. Iunior in consil. 125. num. 2. 5. volum.3. Jacob. Menoch. in conf. 24. num. 2. 8. 29. vol.1. quem refert, & sequitur Achil. Pedrocca in consil. 35. num. 101. volum.1. Vendelin. Schellin. actionum, & exceptionum, Forensium tit. de exceptione iuris iurandi c. 238. ver. Nota primo Io. Bapt. Afia. in præct. ciuil. iudic. cap. 9. num. 8. 13. dixi ego in conf. 11. nu. 10. Centur. 1. Petr. Terminus in processu iuris scripti cap. 27. ver. 4. exceptio, Thom. Gram. in dec. Neap. 66. n.2. & Marant. in Spe. Aur. par. 6. in verb. exceptio num. 36. 37. Io. Tho. Minad. in decif. Neap. 2. num. 3.
- 2 Qua exceptione opposita si iudex processerit ad vltiora necessaria erit opponentis appellatio, alias per consensum tacitum transendo sine appellatiõe videtur, quod pars remittat oppositam exceptionem, Abb. Panormit. in cap. ex parte num. 2. de

appell. Corn. in conf. 85. colum.3. ver. & ideo processu volum.4. Carol. Ruin. in conf. 61. num. 96. vol.5. Sebastian. Vant. de nullitatib. tit. quib. mod. sent. null. repar. num. 61. Aym. in conf. 248. num. 9. in conf. 302. num. 6. Anton. Massa Gallef. de oblig. in forma camer. p. 2. q. 4. num. 8. Jacob. Menoch. de recup. poss. remed. 1. n. 167. 168. facit quod scribit Card. Puteus in decif. 202. lib.2.

Declara si iudex opposita periurij exceptione de causa cognouerit, vt tunc demum appellatio sit necessaria, Lud. Rom. in conf. 220. n.8. post Bart. in l. a procedente C. de dilat. & voluit Iacob. Menoch. in conf. 24. nu. 24. vol.1. sub intellige quod si iudex procederet ad vltiora videtur exceptionem propositam reieciße ex Rota in antiqu. in decif. 13. tit. de except. Corn. in d. conf. 85. colum.3. vol.4. Riminal. iun. in conf. 84. n. 18. in conf. 105. n.8. vol.1. Menoch. in d. conf. 24. num. 9. vol.1.

RESOLVT. CCLIX.

- 1 Iudex Ecclesiasticus cognoscit de crimine periurij.
- 2 Iudex secularis potest punire laicos periuros.
- 3 Potest iudex secularis cogere laicum, cui turpiter est iuratum, vt remittat iuramentum.
- 4 Iudex laicus potest cogere seculari ad obseruantiam iuramenti liciti.
- 5 Quando relaxatio iuramenti ad effectum agendi petitur tunc non citatur pars aduersa.
- 6 Qui iurant non petere relaxationem à iuramento, teneantur hoc exprimere quando petit relaxationem.
- 7 Præstita relaxatione iuramenti à iudice Ecclesiastico, tunc ipse iudex annullat contractum, propter vitium iuræ, simoniæ, vel aliud simile.

An de crimine periurij cognoscat iudex Ecclesiasticus.

- 1 **C**Ognoscat iudex Ecclesiasticus de crimine periurij etiam inter laicos secundum glos. 3. dict. cap. cum sit generale, quod intellige verum quando agitur ad penitentiam in foro conscientie, & etiam in foro contentioso, vbi agitur de relaxatione iuramenti, aut de viribus, & de validitate illius. Nam tunc laici ratione iuramenti efficiuntur de foro competentis Ecclesiæ iuxta cap. fin. de foro competent. in 6. & firmant. Pau. Marianus, & Felyn. num. 7. d. cap. Aufrerius de potestate seculari reg. 4. Fallent. 4. Selua in tract. de iureiur. 2. par. q. 5. Fortunius de ultimo fine.
- 2 num. 325. Ceterum secularis iudex punire potest Laicos periuros iuxta text. in cap. Rex debet 23. qu. 5. & probat Romanus in singulari 420. Couar. in c. quamuis pactum 1. par. §. 3. num. 11. in 6. & l. 1. cum seqq. tit. 17. lib. 8. recopilat. potestque secularis cogere laicum, cui turpiter est iuratum, vt remittat iuramentum, vt cum alijs resoluit Couar. lib. 1. variarum cap. 4. n. 5. verfic. verum. Potest etiam secularis cogere laicum iurantem ad obseruantiam iuramenti liciti, vt cap. licet mulieres de iureiur. in 6. num. verò possit secularis iudex cognoscere, si relaxatio iuramenti sit nulla, quando id opponitur contra absolutum, vide Ancharan. in conf. 382. n. 6. & circa praxim, quæ versatur in petenda relaxatione iuramenti ultra ea, quæ tradit Couar. lib. 1. variat. cap. 4. num. 5. & Roland. in conf. 34. num. 7. lib. 1. aduerte quod quando relaxatio iuramenti petitur solummodo ad effectum agendi ab Episcopo, tunc pars aduersa non citatur ad videndam illam relaxationem, & in hac specie potest procedere resolutio tradita à Couar. in d. c. 4. num. 6. asserente necessariam non esse citationem partis aduersæ, & ita in praxi seruari, tamen quando prædicta relaxatio ad effectum agendi petitur coram Episcopo, vel

po, vel eius Vicario pars aduersa erit citanda, vt resolu-
uit Felyn. conf. 300. & Dominicus in conf. 16. & plu-
res alij, quos refert Couar. in d. c. 4. num. 6. & ita pra-
xis obseruat quicquid in oppositum dicat Couar. &
Jacob. Menoch. in conf. 24. n. 11. & 12. indistincte asse-
rat aduersarium semper citandum esse. Et est aduer-
tendum, quod petens hanc relaxationem iuramenti
tenetur in ipsa petitione facere mentionem de iura-
mento, & sic iuravit se non petiturum relaxationem,
& si sibi concessa fuerit etiam motu proprio, se non
usurum, de his omnibus tenetur mentionem facere in
sua petitione, vt resoluit Felynus in cap. constitutus
num. 13. & 14. de rescript. & in praedicto art. quando
relaxatio iuramenti petitur ad effectum agendi, ad-
uertendum est, quod in petitione relaxationis simul
& in eodem libello erit concludendum, quod praesti-
ta relaxatione a iudice Ecclesiastico ipse iudex annul-
let, & rescindat ipsum intercontractum; Nam ad hoc etiam
erit competens inter laicos ratione iuramenti secun-
dum Bald. in ordinarij not. 2. C. de rei vendic. & est
communis opinio, a qua in praxi difficile esset rece-
dendum secundum Dec. in Rubr. extra de iudic. n. 2.
Quamuis in puncto iuris ipse Dec. contrariam dicat
veriorum esse, quem in hoc sequitur Couar. in d. c. 4.
n. 7. & 8. dicens opinionem Baldi veram esse quo-
ties praestita relaxatione iuramenti contractus veni-
ret rescindendus propter vitium iurae, simoniae, vel
propter aliud simile, cuius cognitio pertinet ad Ec-
clesiasticum iudicem, secus tamen esset, si alio iure
contractus rescinderetur.

PRAXIS PERMUTATIONIS Beneficiorum.

RESOLVT. CCLX.

- 1 Permutantes an possint ad sua beneficia redire sine noua collatione, & num. 2. 3. & 4.
- 2 Requiritur declaratio superioris, qui declarat licere permutantibus redire ad beneficia.
- 3 Sed contrasfacientes non incurrunt poenas.

An beneficium permutatum reuertatur sine noua collatione ad permutantem.

IN hac quaest. sunt plures diuersae opin. quarum prima fuit opinio Dominorum de Rota in Nouis, & de rer. permut. dec. 1. & 3. alias secundum numerum meum 23. vers. in tertio dubio dec. 64. volentium, permutantes non posse ad sua redire beneficia sine noua collatione, & idem tenuit Petr. de Perus. in tract. de rer. perm. in 6. q. vers. nunc videamus de sexto principali, qui respondet ad c. si benef. de praeb. lib. 6. & idem Domini de Rota de rer. perm. in antiqu. dec. 9. alias 202. & idem in re collectis per Bern. de Bisigneto eod. tit. dec. 3. incip. vtrum permutantes, & Ant. de But. in c. cum venerabilis de except. & in hanc inclinat partem Abb. sic ibi, & Fely. col. 4. vers. vtrum permutantes inualide, & c. quamuis non figat pedem, & idem Dom. in c. vno col. 5. vers. sed circa praemissa est dubium eod. lib. 6. & Petr. de Anch. in c. pen. de rer. perm. & Fed. de Senis conf. 107. & Soc. in conc. 168. lib. 2. incip. in primis determinata est, dicens hanc opin. magis esse communem, & And. Barb. in d. cap. pen. q. vlt. & dicit Capp. Tholof. 261. in vlt. quaest. Secunda opinio huic contraria est posse permutantes ad priora redire beneficia sine noua collatione ab ordinario obtinenda, & haec fuit opinio Dom. Ioan. Andr. in d. cap. vno, & etiam dominorum de Rota in antiqu. de rer. permut. decis. vlt. saltem opus esse secundum ipsos licentia sine executione, aut alia col-

latione, & in hanc sententiam inclinat Fed. de Senis in tract. de rer. perm. qu. 8. & 10. in fin. & idem Lap. in d. c. vno, & ibi Felyn. Fran. col. 5. cum seq. per text. in d. c. si benef. & ibi Domin. circa fin. dicit istam esse communem, & in cle. vna, & ibi Bonif. de Vital. num. 91. & latius num. 96. de rer. perm. & idem Feder. de Senis sibi contrarius in conf. 156. incip. punctus talis est Petr. Reitor. & Imol. in d. c. pen. vbi plenè examinat dicēs pariter hanc opinionē magis equam, vt euitetur circuitus, & idem tenet Card. Zab. & Inn. in c. fin. eod. tit. & istam sequitur Phil. Decius in d. c. cum venerabilis col. 9. post princ. vers. sed dubium est, vbi dicit opin. Io. And. fundatam in equitate, & substantialem esse, & idem ibi collecta in princ.

2 Tertia fuit opin. requirens declarationem superioris, declarantis ipsos permutantes posse ad sua beneficia redire, propter quam superioris auctoritatem praestatur fraus non interuenisse, vt tenet Albert. Lampagnano in rep. d. cap. vii. de rer. permut. q. 7. & in hanc etiam voluerunt inclinare sententiam Domini de Rota in d. dec. vlt. & etiam in d. dec. 3. re collectis per Bern. de Bisigneto, tamen secundum eos ibi contrasfacientes de facto non incurrunt poenam cap. de multa de praeb. nec cap. eum qui eod. lib. quid dicendum, secundum opinionem Io. Andr. fuisse in Curia conclusum, quam videntur tenere Domini de Sancto Gem. conf. 21. col. 7. vers. non obstat, nec potest de iure Io. de Selua in tract. de benef. in 3. par. qu. 32. p. 3. circa med. & Guido Pap. sing. 838. in fin. & latum fuit arrestum die 3. April. Ann. Domini.

RESOLVT. CCLXI.

- 1 Dolus putatiuus excusat a fructibus perceptis non extantibus.
- 2 Possessor tenetur restituere fructus si ei ius non assistit, sed potius resistit.
- 3 Iussu excommunicatus, si postea absoluitur, non potest recuperare fructus medijs temporis perceptos.
- 4 Donatarius non tenetur restituere fructus perceptos, resoluta donatione ob nauitatem filij.

An permutantes ad eorum beneficia redeunt teneantur restituere fructus interim perceptos.

PRO resolutione dubij praedicti videbatur dicendum quod non, cum sint bonae fidei possessores, & dolus putatiuus excusat a fructibus perceptis non extantibus, vt in simili not. & in l. ex diuers. ff. de rei vend. & in cap. grauis de rest. spol. & per haec iura tenet Petr. de Anchar. in d. c. si beneficia col. 2. vers. sed circa hoc occurrit dubium de tribus, & cum ibi sequitur Phil. Fran. col. 2. vers. in glo. in verb. culpa quamuis vt inquit de Anc. Pau. Perus. de Perusio in rep. illius c. velit contrarium quod teneantur restituere, qui tamen non responderet ad bonam fidem, & miratur de Doct. se. in preced. q. allegatis, qui non posuerunt hanc quaestionem, & hanc secundam p. quod non teneantur ad fructus restituendos tenere videntur Host. in c. dilecti de praeb. vult omnia fore restituenda, & sic non solum beneficium, sed etiam fructus, sed primam tenuit Agyd. quem refert Abb. Sicul. in c. dilecto col. 2. in vers. vnde dictum scilicet bonae fidei possessores non teneri ad rest. fructuum, & intelligi illum text. quod compellatur restituere possessiones tantum pertinentes ad beneficium, vel praeb. Abb. Sicul. in d. c. dilecto, concordat istas opin. quia aut possidenti ius assistit, & non resistit, & prima tunc procedit opinio quod non teneatur fructus restituere, si verò ius resistit, tenetur tunc ad restitutionem fructuum arg. l. quemadmodum C. de agr. & cens. lib. 1. & pro hoc facit regula, qui contra iura mereantur, bonam fidem non praesumunt.